



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 132. Burgundiæ Ducissa Galliam inter & Angliam pacis Conciliatrix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. CXXXI.

Sæcul. XV.
A.C. 1438.

*Synodus cum Græcorum consensu
Florentiam translata.*

Hæc translatio promulgata est in Ses- *Conc. gener.*
sione decima sexta, quæ inter Fer- *to. 13. p. 218.*
rarienses postrema, & nonnisi decima Ja-
nuarii die anni sequentis habita est. Pa-
pa Græcis aliquam eorum, quæ illis de-
bebantur, subsidiorum partem numerari
jussit; Constantinopolin quoque nonnul-
la pecuniarum subsidia missa fuere, ac
præterea conventio olim cum Græcis fa-
cta innovabatur, qua omnes sumptus, ut
Florentiam petere, ibidemque commora-
ri, ac tandem ad sua reverti possent, li-
beraliter suppeditatum iri promittebatur;
sive demum Ecclesiarum unio sequere-
tur, sive non. Quibus ita compositis
quisque suo sese itineri accinxit. Nos
autem, donec Græcos Florentiam perve-
nisse continua historiæ series monuerit,
ad alia in hunc annum memoratu di-
gna excurremus.

§. CXXXII.

*Burgundiæ Ducissa Galliam inter
& Angliam pacis conci-
liatrix.*

Cum Francia adversus Angliam conti-
nuis bellis involveretur, Isabella seu
Elisa-

Sæcul. XV. Elisabetha Burgundiæ Ducissa nil inter-
A. C. 1438. tatum reliquit, ut hæc duo regna opta-

to pacis foedere rursus conjungeret. Si-
mulabatur ad opus tam pium vehementi
desiderio, ut tandem Dux ejus Maritus
optata quiete potiri posset, nec ingrata
Anglis erat hæc pacis conciliatrix, ut
pote quæ, cum secundum lineam mater-
nam ex inclito Lancastriæ Ducum stipi-
te descenderet, proin ipsum Regem san-
guine contingeret, minus quam nemo de-
lius Anglis suspecta esse debebat. Hæc
igitur ab utroque Rege impetraverat, ut
suos quisque Legatos Ogiām (insula
est Caletum inter & Gravesinam sita)
destinaret. Legatione hac nomine An-
gliæ Regis fungebatur Cardinalis Vice-
niensis; Raynaldus vero Girardus Ba-
ciæ Toparcha unacum Roberto Malie-
nis rationum Præfecto pro Galliarum Re-
ge hunc conventum, cui & eodem anno
Mense Junio initium datum, sua præsen-
tia honorabat. Intererat quoque Bur-
gundiæ Ducissa, Aurelianensis Dux, Vin-
docinensis, & Dunensis Comites unacum
Archiepiscopo Rhemensi Galliæ Cancel-
lario, pluribusque aliis Proceribus, ac Re-
gii consilii Patribus;

Oye

Basoche

Dunois

§.CXXXIII.